169. 282

Mi charissime gener.

Quod de tota re deliberasti, jure meritoq; fecisti. Omnino in philosophia aliquid agendum foret: inprimis disputandū. Quod si omitteres, amitteres existimationem. Deinde usū docendi et explicandi verbum Dei ad tempus minueres. Denique quis processus tuus tūc esse possit vel in Ecclesia vel in Academia incertum est. Hodie pluribus cū Sebugente de tota re loquutus sum. Tu tamen etiam atq; etiam considerabis et mihi statim rescribes, quid a D. Heidano contendere debeam. Nam a Cabeliavio nihil est expectandum, nisi, ut, quæ fuerit interrogatus, benigne [illegible]. Atqui non puto interrogatum iri. Haec nunc subito. Regentes ante [illegible] doctores nominavi. Catharinam nostrā petit d. Joh. Martinius nomine Adriani Danti doctoris qui est professor Harmonicus. Quid vobis de eo videtur? Vale. Omnes vos salutamus. Lugduni a.d. 30. Octob. 1662.

Tui amantissimus

J. Coccejus.

Reverendo & doctis-
simo D. Gulielmo
Apslario V. D. M.
Biesolingæ

Middelburgh
ten huyse van M. H. Jaco-
bus Apslaar bedienaer
des H. Evangeliums.